

ADDITIONES.

(a) Ubi infundere. Fallit, si sit appositum pactum de non alienando, per Ceph. in cons. 197. nu. 26. Item quod vassallus possit irrequisito domino infundere alium vassallum de feudo quod ipse habet, atque recognoscit a domino, commune vide per Duen. sub regul. 40. versio. similia primo, ubi communem attestantes retulit, & in fin. citat Curt. sublimitatem, & dixi in collect. mea commun. opin. vers. vassallus, nu. 42. GIACH.

Nunquid possit vassallus sine domini consensu alium subinfundere. Quod vassallo licet absque domini consensu feudum concedere, patet ex tit. 5. sed etiam rei: vers. per feudum tamen, & tit. 9. in princ. vers. si vero, vel totum, & tit. 26. §. beneficium, & tit. 34. §. similiter lib. 2. F. Et, post Clarum hic nostrum, pro confirmatione hujus pronuntiationis infinitas fere auctoritates cumulat Henricus a Rosenthal. in tract. feud. ca. 1. membr. 1. conclus. 43. sub littera A. HARR.

(b) Sed quid in Ecclesiastico. Quod vassallus non solum feudum laicum, sed Ecclesiasticum etiam alii concedere in feudum possit, multiplex suadet ratio. Tum quia loca iuris feudalis omnia, modo allegata, de subinfundatione tractantur, absque ulla distinctione inter feudum laicum, & Ecclesiasticum, vassallo jus tribuunt de feudo suo alium investienti. Ast ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, §. ff. de Public. in rem act. Tum quia per subinfundationem Ecclesiastici feudi conditio Ecclesie deterior non efficitur: sicut enim vassallus sine fraude, & eisdem conditionibus personae, & sub iisdem pactis, subinfundationem facere jubetur, teste Claro nostro hic non. 4. & nos illud infra num. 6. demonstrabimus paulo accuratius. Tum quia neque domino, neque feudo cum mortuo vassallo, qui subinfundavit, jus subinfundati extinguitur, tit. 5. §. varus, lib. 1. F. & tit. 9. in principio, vers. si autem dissentientes, ibi, si tamen sine herede masculo descendente, & tit. 2. F. Extinctio namque, & resolutio iure dationis extinguitur quoque, & resolvitur jus acceptoris, arg. l. pto 69. §. praedium i. ff. de leg. 2. l. fundum 7. ff. de actionibus empr. Hartman. Pistor. lib. 2. q. 44. num. 8. Atque ita post Clarum nostrum, & ab eo relatis hic tradunt Schrader. in tractat. feud. parte 2. cap. 2. num. 10. Vult. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 80. & D. Bocerius in tract. de commodo, & iure seniorit. & tit. lib. 2. cap. 6. nu. 73. & segg. HARR.

(c) Possit subinfundari. Pone factum esse subinfundationem, modo queritur, quid si secundum committat feloniam, cui devolvatur res, an primo domino, an vero primo feudatario, & vi. per Alex. in leg. possidere, §. ex contrario, ff. de acquir. pass. GIACH.

(d) Sed si sit feudum decimarum. An vassallus & quatenus vassallus, qui decimas ab Ecclesia in feudum habet, de hoc feudo alium investire queat praeter Clarum nostrum, satis explicat Zahus in epitom. feud. part. 9. num. 17. M. in consuetud. Paris. §. 46. qu. 4. Schrader. d. part. 2. cap. 2. num. 17. Covar. lib. 1. var. v. resolut. cap. 17. num. 5. versio. praeter hoc & illud. Mozz. in tract. de feud. rubr. sine tit. de rebus, & tit. 20. Rosenthal. d. tractat. feud. cap. 4. concl. 28. n. 2. & segg. HARR.

(e) Tria requiruntur. Adde, ut per Jac. qui etiam idem tenet, atque illa tria commemorat, in suis questionibus feud. q. 30. sub num. 38. & de duobus primis requisitis vide per Socin. commune attestantem tam in feudo habito a laico, quam in feudo habito ab Ecclesia. in cons. 66. col. 2. & post nu. 5. vol. 3. & dixi d. collect. mea, nu. 14. & 15. GIACH.

Tria requiruntur. Ad hoc, ut vassallus subinfundatio valeat, tria iure feudali copulate desiderantur. Primum, ut fiat sincere, & absque fraude, d. tit. 9. in princ. vers. si vero, & d. tit. 26. §. beneficium lib. 2. F. Deinde, ut fiat personae aequali, aut certe melioris, non deterioris conditionis, quam est vassallus, d. tit. 26. §. beneficium, ibi, dum tamen mitti detur, & d. praedictio tit. 34. §. similiter ibi, in feudum tamen recte dabit, si secundum sub conditionibus, sub quibus subinfundans illud a domino accepit, d. tit. 34. §. similiter vers. profecto ille, li. 2. F. Verum de hinc subinfundationis requisitis exquisita, post alios, dissertant Jo. Borcholt. in Comment. in consuet. feud. c. 8. num. 50. Hartman. de feud. obs. 38. Mynding. cent. 1. obser.

62. Hartman. Pistor. d. q. 44. num. 2. Mozz. d. tract. d. feud. tit. de his, qui feud. dare poss. num. 26. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 10. nu. 81. cum segg. & Henricus a Rosenthal. d. tract. feud. c. 9. membr. 1. concl. 43. & segg. necnon H. in tract. feud. c. 12. pag. 323. & segg. HARR.

(f) Agnatorum. Item quod mortuo infundente proximo agnatus admittatur ad revocationem istius infundationis, etiam si sine fraude facta fuisset dicta infundatio, per Rol. cons. 67. nu. 17. GIACH.

Praedictum agnatorum. An vassallus subinfundatio fieri possit in praedictum agnatorum, post Clarum hic nostrum, declarat Hartman. Pistor. d. libro 2. quest. 44. n. 6. Vultejus d. ex. 10. nu. 82. vers. tertio, ne fiat, & c. Rosenthal. d. c. 9. membr. 1. concl. 48. alique fere sexcenti, ad hoc recensiti. HARR.

(g) Pone, quod iste secundus vassallus, & c. Quod non solum vassallus, sed & subvassallus feudum suum alii in feudum concedere possit, & sic deinceps non tantum bis vel ter, sed usque in infinitum, patet ex cap. 1. §. similiter ibique Alvarot. & Praeposit. de loco Corrad. tit. 34. libro 2. F. Schraderus in tract. feud. parte 2. c. 2. nu. 13. & D. Bocerius d. tract. de commodo, & iure senior. libro 2. c. 6. nu. 82. & segg. HARR.

QUESTIO XXXIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vassallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare.
2 Et an dare ad libellum.
3 Et an concedere in emphyteusim.
4 Et quid de consuetudine.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An & quatenus vassallus sine consensu domini feudum alteri locare queat.
2 Locatio ad tempus longum alienatio non videtur.
3 Alienatio feudi per libellum facta, est prohibita.
4 Contractus libellarius quis.
5 An & quatenus datio in emphyteusim vassallo interdicta, remittitur.

Quero, an vassallus (a) possit sine consensu domini feudum alteri locare? Respond. de locatione ad modicum (b) tempus, res omni caret difficultate. Sed de locatione ad longum (c) tempus, (d) dicendum est, quod non potest vassallus id facere absque consensu domini. Et ad hoc allegatur Bald. in cap. 1. §. aut si libellatio, quib. mod. feud. amitt. quem omnes sequuntur, ut dicit Jacob. in verbo, Et cum pacto, de non alien. nu. 15. & est communis conclusio, ut dicit Curt. jun. de feud. in 4. parte, in ultima causa amissionis feudi, in 1. reg. q. 3. Bertram. cons. 2. nu. 4. lib. 2. in 2. parte. Est enim talis locatio species alienationis, ut dicam infra, §. Locatio.

Pariter etiam non potest vassallus sine domini consensu rem feudalem dare (e) alteri ad libellum. Text. est clarus in c. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Frid. & ita expresse determinat Doctor. ut dicit Jac. in verbo, Ita etiam quod ipsi. 9.

Idem etiam (f) dicendum est in emphyteusi, eadem ratione, ut scilicet non possit vassallus sine consensu domini rem feudalem dare alteri in emphyteusim. Ita tenet gl. in c. Imperialem in princ. in verbo, seu alienare, circa fin. Et est magis commun. opin. ut dicit Curt. jun. in d. 4. par. in 2. q. 1. reg. 4.

Scias tamen, quod quicquid sit in puncto iuris, hodie ex generali consuetudine vassalli pascua, terras incultas, & eremos feudales in emphyteusim concedunt. Et de hac consuetudine attestatur Petr. Jac. & post eum Jo. Raynal. in d. c. Imperialem, §. 1. Jo. Fabr. in §. adeo Instiut. de locat. quem refert Curt.

QUESTIO XXXIV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vassallus an possit renunciare feudum in manibus domini ipso invito.
2 Et an post talem renunciationem possit offendere Dominum.
3 Et an possit talem renunciationem facere in praedictum agnatorum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An vassallus feudum suum domino invito restituere sine cedere possit.
2 An, & quatenus isthæc restitutio agnatis ipsius vassalli præjudicet, remittitur.

Quero, an vassallus possit renunciare feudum in manibus domini, ipso domino (a) invito? Respond. quod super hoc articulo varie sunt Doctorum opiniones. Aliqui enim tenent, quod vassallus possit, etiam invito domino, feudum renunciare, dummodo id ipsius domini interesset: & videtur tex. in cap. 1. de vassallo qui contra constit. Lothar. & c. Abb. in c. que in Ecclesiis, sum. 19. de constit. quod ita communiter tenent Doctores. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Curt. jun. de feud. in quarta parte, in ultima causa amiss. feud. in 31. q. prima regula, quia cum principaliter feudum concedatur favore investiti, merito videtur ei licere desistere favori suo renunciare. Contrariam autem opin. scilicet, quod imo non possit, tenet Bart. in l. is cum quo, circa princ. ff. de aqua plu. arc. & dicit Alexand. in l. si quis vi, §. fin. num. 14. in fin. ff. de acquir. pass. quod ita magis communiter tenetur, licet super isto articulo multa scribantur. Et hac opin. mihi magis placet. Cum n. feudum sit contractus nominatus, & ultro, citroque obligatorius, non debet esse in facultate unius, alio invito, ab eo recedere. Eset tamen fortis tutius tenere distinctionem, quam sensit gl. in c. 1. in gl. fin. de Cap. qui jur. vend. ut scilicet dicamus, quod quando pro feudo præstatur certum servitium, eo casu non possit vassallus invito domino ipsi feudo renunciare: si vero feudum sit concessum simpliciter ad servitium incertum, tunc possit renunciare. Et illam gl. in hoc esse communiter approbatam attestatur Jac. in verbo, qui quidem investiti, numer. 29. & in verbo, Et unus ex dictis, num. 1. Ita etiam communiter teneri affirmat Albert. in l. cum fructuarius, ff. de usufr. Fel. in d. c. que in Ecclesiis, num. 78. & seg. dicit etiam Mol. in consuet. Paris. feud. §. 1. glof. 5. mem. 3. quod ita distinguunt communiter DD. Idem dicit Zas. de feud. in 10. parte in princ. 2. particula, qui etiam in 12. particula, vers. Secunda conclusio, dicit hanc esse communem opin. Et ideo licet vassallus desinat rem feudalem: non tamen propterea liberabitur a præstatione servitii, quod pro ipsa re præstare tenebatur. Et ita esse commun. opin. attestatur Alb. in l. sed an ultro, §. si autem versio. 1. item alleg. ff. de neg. gest.

Sed postea, quod possit renunciare: Quero nunquid poterit vassallus post talem renunciationem offendere dominum? Respond. quod nullo modo debet eum offendere, propter reliquias præcedentis vassallagii, & amicitiae, & si secus faciat, debet puniri. Ita dicunt omnes Doct. ut dicit Jac. in verbo, Et unus ex dictis, nu. 1. in fin.

Curt. jun. in d. 2. q. 9. Quod nos, quia hæc consuetudo ita tolerata excusetur vassallum a poena privationis, quam de jure incurrit, propter talem consensionem emphyteuticam factam de re feudali.

ADDITIONES.

(a) An vassallus possit sine consensu domini feudum alteri locare. Quamvis Doctores communiter, teste hic Claro nostro, distinguendum existimant inter locationem ad modicum tempus factam, & inter eam, que fit ad longum aliquod tempus, puta decem, vel plures annos, ut hæc non valeat, illa vero subsistat, Jac. de Belvis. in c. 1. §. donare, qualiter olim potestas feud. alien. tit. 9. lib. 2. F. Laudens. ibidem numer. 5. Mozz. in tract. de feud. tit. ex quib. caus. feud. amitt. num. 130. Vult. libro 1. de feud. c. 10. n. 84. Borcholt. in Comment. in consuet. feud. c. 8. num. 36. Somsbeck. in Comment. in consuet. feud. par. 12. nu. 84. Rosenthal. in tract. feud. c. 9. membr. 1. concl. 7. num. 8. & seg. ubi complures cumulate allegat: contraria tamen sententia, quod videlicet quævis locatio feudi, sive ad breve, sive ad longum tempus fiat, si modo fraudulenta non sit, subsistat, vestisimiliter videtur. Tum quia locatio feudi simpliciter, absque ulla distinctione inter tempus breve aut longum, vassallo conceditur, d. tit. 9. §. donare, libro 2.

F. Tum quia locatio etiam ad tempus longum alienatio non censetur, l. non solum, 30. ff. locati, no quidem in superiario, l. ut ff. de superiario, & locator possessionem rei retinet, l. officium, 9. ver. denique ait, ff. de rei vindicat. His, & aliis rationibus hanc opinionem tenent, Pinell. ad l. 1. parte 3. num. 66. cap. de bon. matern. D. Obrecht. de feud. capitulo 3. num. 27. Rudinger. libro 1. variat. lect. jur. feud. c. 53. num. 5. cum segg. D. Bocerius in tract. de commodo & iure senior. libro 2. c. 6. n. 146. cum segg. HARR.

(b) Ad modicum tempus. Et de locatione facta a prelato ad tempus non longum quod valeat: licet non obliget successorem, nisi facta sit pro utilitate Ecclesie: commune vide per Gabriel. Eugubini. cons. 82. num. 82. & in collecta mea commun. opin. vers. locatio, num. 4. GIACH.

(c) Ad longum tempus. Item de locatione ad longum tempus facta per Prelatum, & capitulum ex justa causa, & cum debita solemnitate quod valeat, commune vide per Rol. in cons. 96. nu. 20. & omnino in d. collect. mea sub nu. 8. ubi de constitutione Pauli Veneti Pape II. memini, que contrarium asserunt, & de illius extensione facta in rebus Ecclesiasticis. GIACH.

(d) Dicendum est. Hæc est opin. Marth. de Aflida, in d. ca. Imperialem, nu. 6. Jaf. in l. fin. num. 122. C. de jur. emphyt. Curt. jun. in tractat. feud. 4. parte ult. caus. amiss. feud. reg. quest. 3. locatio enim ad longum tempus parum differt ab alienatione, & ideo prohibita alienatione, censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus. GOVEAN.

(e) Dare alteri ad libellum. Quod si alienatio feudi per libellum sine contractu libellarium facta iure sit prohibita, constat ex tit. 5. §. aut si libellario, & tit. 13. libro 1. F. tit. 9. §. donare, tit. 39. in fine principii, tit. 44. & tit. 55. in princ. libro 2. F. Est si autem contractus libellarius, quo res in alium transferitur iure venditionis, scriptura interveniente, & certa pecunie summa initio data pretii nomine, non tamen iusti: & hoc amplius constituta mercede, sive pensione annua solvenda venditori, vel ut certo conductio tempore contractus renovetur, numerato servitio certo, vel arbitrario. Vult. d. libro 1. de feud. c. 10. num. 49. Cuiac. ad tit. 2. lib. 1. F. Borcholt. d. Comment. in consuetud. feud. c. 3. n. 45. Bocerius d. lib. 2. c. 6. n. 186. & segg. HARR.

(f) Idem etiam dicendum est in emphyteusi. An vassallus & quatenus vassallus absque domini consensu feudum suum in emphyteusim dare possit, post Clarum nostrum hic explicat Borcholt. d. Comment. in consuetud. feud. cap. 8. n. 7. Wumberg. de feudor. observ. 33. Mynding. cent. 6. observat. 30. numer. 1. Mozz. de amiss. feud. nu. 130. & D. Bocerius d. c. 6. nu. 140. & aliquot segg. HARR.

Et hec quidem omnia procedunt, quatenus ipsa renunciatio potest concernere interesse ipsius domini directi, vel praedictum ipsius vasalli renunciantis. Sed nunquid (b) talis renunciatio praedicta debet agnatis ipsius vasalli, quando scilicet traditur et agnatus, seu paternum? Respond. quod non praedicta. Ita tenet Bald. in c. 1. in princ. nu. 3. de alien. feud. pater, quem omnes sequuntur, ut dicit Jacob. in ver. Et unus ex dictis, post nu. 8. ver. Adit in quantum. Non enim potest vasallus tollere agnatis jus illis quaesitum ex tenore primae investiturae, proveniens ex pacto, & providentia primi acquirentis, ut saepius dixi. Et ideo, dato etiam, quod hujusmodi renunciatio feudi valeretur, non tamen amplius durat in praedictum agnatorum, quam si ea facta feudum remanisset penes ipsum renunciantem. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Cuman. conf. 167. num. 2. Et sic eveniente casu, feudum nihilominus aperitur agnatis, quam si per illum vasallum aliqua renunciatio facta non fuisset.

ADDITIONES.

(a) Domino invito. Adde, atque vide per Tiraque. de retrah. mancip. §. 34. gloss. 1. sub n. 6. Licit etiam nisi vasallus jurasset ad sancta Dei Evangelia, non contrahere, & non contravenire: quia tunc non potest recusando se liberare ab homagio, seu fidelitate. Ita per Bald. in cap. que in Belsiorum, d. consuet. quem refert, & sequitur Jac. de S. George, in tractat. de Rhod. seu operis num. 42. 43. Idem quod feudum vasallus possit renunciare invitis dentibus domini tradit etiam Jac. de S. George, in suis questionibus feudalis quae. 14. nu. 22. & vide per Cassian. Pute. in addit. ad pract. Papirii, tit. feudum, gloss. nec superstitibus addi, quia refutatio: ubi quid in Feudo legit, & quid in franco, & quid in emphyteuta, vel vasallo, & quid si juratum fuit, & promissum non contravenire, & de aliis vide. Et de vasallo protestante, & renunciantis juri vasallagii propter retardatam servitiorum remunerationem, vide per Afflic. dec. 307. & Orsi. Vasallus tamen renuncians feudum in manibus domini haud praedicta filius, ad quos postrenunciantis obitum redire debet, per Cephal. consil. 29. nu. 2. GIACH.

An vasallus possit renunciare feudum in manibus domini ipso domino invito. Quod si feudum vasallus indistincte domino etiam invito refutare, sive renunciare, & cedere possit (nihil remanente contraria Clari nostri, & aliorum quorundam sententia) tenent plerique de recentioribus, per textum generaliter loquentem in tit. 38. leg. 2. f. Sonsbecc. in Comment. in usus feud. par. 12. num. 116. Mynsinger. cent. 5. obs. 65. n. 7. Mozz. sub tit. ex quib. caus. feud. amitt. nu. 3. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. nu. 55. Vult. lib. 1. de feud. cap. 10. num. 76. & Rosenthal. in tract. feud. cap. 9. memb. 1. concl. 50. num. 5. alique plurimi, per hunc citati. HARP.

(b) Sed nunquid talis renunciatio praedicta agnatis ipsius vasalli. An, & quatenus vasallus sine consensu agnatorum domino feudum refutare, & cedere valeat, & quatenus isthaec refutatio, sive renunciatio agnatis vasalli praedicta, post Clarum nostrum, & alios, latius exponant Vult. d. lib. 1. c. 10. num. 76. vers. sive autem volente, &c. & Rosenthal. d. c. 9. concl. 52. n. 2. & seq. HARP.

QUAESTIO XXXV.

SUMMARI A.

EX CLARO.

1 Vasallus an possit rem feudalem sine consensu domini pignori dare, vel hypothecare.

EX ADDITIONIBUS.

1 Nunquid res feudalis a vasallo pignori dari possit.

- 2 Omnis alienatio feudi regulariter prohibita.
3 Pignoris alienatio qualis.
4 Emphyteuta oppignorare licet rem emphyteuticam, & usufructuarius jus suum fructuarium.
5 Argumentum ab emphyteuta, & usufructuario ad vasallum quatenus procedat.
6 Nam vasallo hypotheca dato sit prohibita.
7 Proprie aliud pignus, aliud hypotheca.
8 Proprietati verborum in dubio standum.
9 Penalis, & odiosa magis restringi debent interpretatione, quam ampliari.
10 Qua feudi alienatione sit vasallo interdicitum.
11 Hypotheca constituitur nuda conventionione.
12 Cessante dispositionis sine, cessat etiam ipsa dispositio.
13 Venditio vasallo nequaquam permittitur.
14 Alienatione prohibita id etiam prohibuitur videtur, ex quo sequi alienatio potest.
15 Prohibito alienationis odiosa, ac proinde restringenda.
16 Ante, si feudi dominus in oppignoratore consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum redierit, dominus suis facere creditoribus tenetur.
17 Consensu contractui, super re aliqua initio, censetur renunciare juri, quod in re ista habuit.
18 Semel consensu huic consensu jure contravenire nequit.
19 Dominus feudi rata habere tenetur ea, qua ipsius consensu in feudo gesta, sive alienata sunt.
20 Oppignoratio jure reale constituitur.
21 Pleraque secundum subjectam materiam accipienda.
22 An, & quatenus omnis conventio intelligatur, rebus sit stantibus.
23 Consideratio, c. 1. §. etfi clientulus, de alien. feud. tit. 13. lib. 1. f.
24 Omnis definitio, sive regula periodosa.
25 Consensus an, & quatenus juri proprio ipsius consentientis praedicta non soleat.
26 Natura contractus pignoris qua.
27 Consensus a domino feudi oppignoratori praestitus, etiam ad usuras extenditur.
28 Sententia, l. quero 54. in princ. ff. locat.
29 Instantia dilatur.
30 Pignus est contractus bonae fidei.

Quaero, nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignori dare, vel hypothecare sine consensu domini? Respond. quod non. Text. (c) est clarus in c. Imperiales de prohib. feud. alien. per Frid. Et licet alias licita esset pignoriatio feudi usque ad dimidium, ut habetur in c. 1. in princ. de alien. feud. pater. hodie tamen indistincte, & in totum est prohibita: & in hac sententia recidunt communiter Doct. ut dicit Alvar. in d. cap. 1. in princ. nu. 2. de alien. feud. pater. Intellige tamen, quod propter simplicem pignoriacionem seu hypothecam feudi non incidit vasallus in caducitatem, nisi etiam procedat ad traditionem, ut etiam dictum est in alienatione, supra q. 31. vers. sed nunquid.

ADDITIONES.

(a) Pignori dare. Hic scias regulam esse, rem feudalem pignori dari extraneo posse, absque consensu domini: vide Duen. reg. 220. GIACH. Nunquid vasallus possit rem feudalem alteri pignori dare? Quod si vasallus feudum suum pignori dare non possit, feudorum placitis discrete decem est, ca. 1. circa princ. ubi, vendere vel pignoriare, de prohib. feud. alien. per Frid. titulo 55. libro 2. f. cap. 1. §. aut si liberatio, ubi, pro pignore plus medietate obligaverit: quibus mod. seu. amitt. tit. 5. libro 1. f. c. un. §. fin. ubi, nam nec pignus de investitura de re al. fact. tit. 8. libro 2. f. E. Julque ratio non obcura est: quia omnis alienatio feudi

- di regulariter prohibita censetur, tituli 52. in princ. vers. per multas enim, & d. tit. 55. in princ. vers. habita ergo consil. libro 2. f. Atqui pignoris datio est alienatio, l. ult. §. ubi, vel pignoris notum, c. de rebus alien. non alienand. alienatio, inquam, talis, qua possessio ad alium, pura creditorum, transit, l. si rem alienam; §. s. propra; 2. l. cum & jurati, §. 1. & l. debitor; 40. ff. de pignorat. act. l. per servum, 37. in princ. ff. de acquir. rer. domini. l. 1. §. per servum, 15. & l. qui pignoris, 36. cum l. segg. ff. de acquir. vel amitt. poss. licet quoad causam utiacionis, debitor rem oppignoratam possidere dicatur, d. l. 1. per servum, 15. ff. eod. l. servi nomine, 16. ff. de usurari. & usufruc. D. Bocerus class. §. disput. 19. th. 63. ad l. f. edit. 2. & in tractat. de jure & commodis senioris, c. de libro 2. cap. 6. n. 159. Nec obstat, quod emphyteuta rem emphyteuticam oppignorare possit, l. rutor, 16. §. fin. ff. de pignorat. act. lex recedat; 31. ff. de pignorat. & hypoth. & usufructuario permittitur usufructum pignori dare, l. si is, qui 11. §. 2. ff. de pignorat. & hypoth. §. minus autem, l. infra. Inbitur de usu & habitatu, l. i. vers. sed si vos, l. si pignus pignori datum sit. Nam * argumentum ab emphyteuta, & usufructuario ad vasallum non procedit, quoties aliquid diversum in vasallo jure feudali expresse statutum reperitur, arg. 2. l. vers. legum autem Romanarum, de feudis cogniti. tit. 1. lib. 2. f. Sed & diversa horum ratio est. Et si enim fundus emphyteuticus, seu fructuaris oppignoratur: nihil tamen sit contra finem emphyteutis, aut usufructus. At feudo oppignorato, finis feudi, ad quem constitutum est, domino plane intervertitur: quandoquidem vasallus feudo privatur, non amplius potest domino servitia feudalia, ob quae feudum constitutum est, prestare; arg. d. tit. 52. ver. per multas, ubi, ac ita omnibus exhaustis, & d. tit. 55. in princ. ubi, ante dicta servitia amittebant, lib. 2. f. HARP. (b) Vel hypothecare sine consensu domini. Feudum * nec pignori, nec hypothecae dari posse, praeter Clarum nostrum, opinatur Jac. de Ardizzone in summa feud. capite 116. Math. Lauden. in ca. 1. §. 1. num. 11. de prohib. feud. alien. per Frid. tit. 55. libro 2. f. Jac. Petr. de condit. ex mor. pro feud. apert. num. 3. Sonsbecc. in Comment. in usus feud. par. 12. n. 110. Vultejus tit. 1. de feud. cap. 10. nu. 45. Hackelm. disput. 12. coronis. 1. Math. Steph. cent. 3. quae. 3. & Rudingerus lib. 1. variis. section. juris seu. cap. 48. num. 7. & seqq. Verum contrarium sententiam, quod videlicet vasallus impune feudum suum hypothecae dare possit, veriorum esse, non sine rationibus concludit Bal. in d. cap. 1. §. 1. nu. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. & ibidem Alvarot. nu. 2. Curt. jun. de feud. part. 4. num. 95. Frid. Schenk. in d. c. 2. §. 2. aut si liberatio, quibus mod. feud. amitt. Wurmbe. in pract. observat. de feud. observat. 14. Hartman. Hartman. de feud. observat. 20. Zak. in epistol. feud. par. 9. nu. 18. Richard. consil. 5. n. 5. vol. 1. D. Bocerus d. class. §. disput. 9. th. 68. & d. tract. de jure & commodis senioris, libro 2. cap. 6. numero 167. & seqq. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. nu. 66. cum seqq. Joan. Niell. in disput. feud. §. 6. th. 7. Rosenthal. in epistol. feud. cap. 9. conclus. 15. & in tract. feud. cap. 9. conclus. 14. nu. 1. & seqq. alique ab eo laudati. Prima enim nusquam hypotheca feudi, sed semper nominatim & in specie pignus prohibetur, d. tit. 55. in principio libro 2. f. & similibus. Quare * cum proprie aliud sit pignus, aliud hypotheca, l. si rem alienam, §. s. propra; 2. ff. de pignorat. act. l. pletis 283. §. pignus ff. de verb. signif. §. item Serviana 7. Injuri, de aditionibus, proprietariis * verborum in dubio standum, & adherendum erit, l. non aliter 69. in principio ff. de legat. 2. Idque maxime hoc casu fieri debet, ubi in materia odiosa veriamur: si quidem propter oppignoracionem, inficio domino factam, vasallus feudo suo privatur. Penalis * autem, & odiosa interpretatio magis restringi, quam ampliari debere, exploratum est, l. cum quidam 19. ff. de liber. & postum. hereditibus injuri. l. si fuerit, 10. in fin. ff. de rebus dub. l. si pignus 32. in ff. & l. interpretacione 42. ff. de pen. l. semper in dubiis 56. l. factum, 155. §. ult. l. expianda 168. l. ea, quae 192. §. 1. ff. de regul. jur. cap. odia 15. de reg. jur. in 6. Deinde * illa dumtaxat feudi alienatione interdicitur est vasallo, qua possessio praedicti feudalis transferretur, d. capite 1. §. callidus insuper, ubi, feudum vendam, & in alios transiret, de prohib. feud. alien. per Frid. tit. 55. libro 2. f. At * per hypothecam non transferretur possessio, cum nuda conventionione constituitur, d. l. si rem alienam §. 2. ff. de pignorat. act. l. constituitur 4. ff. de pignorat. & hypoth. d. §. item

Serviana 7. vers. nam pignoris, Inbitur, de aditionibus. Praeterea vasallo interdum est illa feudi alienatione, per quam ipse feudi redditus amittit, unde amplius domino debita servitia, ut pote jam alimentis delictus, prestare commode non possit, c. 1. de prohib. feud. alienat. per Lothar. circa princ. ubi, ac ita omnibus exhaustis, & d. tit. 52. libro 2. f. & d. tit. 55. in princ. ubi, ante debita servitia amittebant libro 2. f. Sed per hypothecam constitutionem vasallus non amittit feudi redditus: cum possessionem feudi, adeoque hujus possessionis commodum, quod est fructuum percipere retinet, l. Futurinus 7. §. ult. ff. quibus ex caus. in possess. eat. Igitur * cessante dispositionis sine in hypotheca, cessabit etiam ipsa dispositio, arg. l. in omni, 13. ff. de aditionibus l. ex factu, 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substit. l. adire, 6. §. quamvis, ff. de jur. patronat. c. cum cessante bo. ver. de appellacioni. Nihil refragatur huic sententia, quod * per hypothecae donationem pervenitur ad rei venditionem, l. 2. §. 4. c. de distract. pignorat. tit. ff. de distract. pign. & hypoth. quae vasallo nequaquam permittitur, d. tit. 55. in princ. ver. habito ergo, libro 2. f. & * 14 prohibita alienatione, id etiam prohibuitur intelligitur, ex quo sequi alienatio potest, arg. de oratio, 16. ff. de sponsalibus, l. ad rem mactem, 56. & l. ad legatum, 62. ff. de procuratoris. Menoch. consil. 116. nu. 15. & seq. Nihil, inquam, illud refragatur. Quibus procedit in alienatione simpliciter prohibita, non itidem in ea prohibita alienatione, quae ipsa rei possessio in alium transferretur, qualis est prohibita feudi alienatio: ut qua vasallus commode, fructus feudi privatur. De qua feudi alienatione cum feudorum placita tantum loquantur: de alia quavis alienatione minime sunt accipienda: praesertim, cum * prohibito alienationis sit odiosa: proindeque, in quantum fieri potest, restringenda, arg. Novelli. 108. in praes. §. nos igitur 2. vers. novimus igitur, & s. Tiber. Decian. resp. post. 78. nu. 37. mol. 3. D. Bocerus d. tract. de jure & commodis senioris, libro 2. c. 6. nu. 182. & seq. ubi, de aliis objectionibus occurrit. Videtur quibus poterant, quae annotavimus in §. creditor. 4. Inj. quib. modo. re contrahit. oblig. nu. 179. & seq. Adhuc hoc loco illa controversa quaestio est: nunquid, si feudi dominus in oppignoracionem consenserit, & postea, vasallo sine liberis mortuo, feudum ad ipsum dominum devolutum fuerit, illa firma maneat, si quae dominus satisfacere creditoribus tenetur? Et satisfacere teneri (ut reclamant Matthaeus de Afflic. in capite 1. qui successores reneantur in usus feudorum. Cacheran. de c. Pedemont. 156. num. 6. & 14. Zak. in Epistol. feud. parte 6. nu. 27. & par. 9. num. 8. & 39. Plerique consil. 80. num. 26. & consil. 171. & alii ab eo citati) si rationes evincunt. Tum * quia clarissimi juris est, quod is, qui consensit contractui, super re aliqua initio, hoc ipso consensu renunciare juri, quod in re ista habuit, l. servus communis 38. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. apud Celsum, 4. §. quaestio 12. ff. de doli mal. & mot. excepti. l. 8. C. de veniss. pignor. Tum * quia 18 exploratum & hoc est, eum, qui semel consensit, huic consensu jure contravenire non posse, sed eo nomine perpetuum devinctum esse, argum. l. per fundum 11. ff. de jurejur. arrend. 1. de accessionibus 14. §. fin. ff. de ad. vers. & temporal. praescript. l. 1. §. prole, 14. vers. unde si quis, ff. quod legator. cap. quod semel, 21. de regul. juris in 6. Tum * etiam quia magis in specie de 19 domino feudi traditum est, quod ea, quae ipsius consensu in feudo gesta, sive alienata sunt, rata habere tenentur, non solum tum, quando feudum adhuc a vasallo possideretur, sed vel maxime tunc, quando vasallo desuncto, feudum sibi apertum fuerit, capite 1. §. est clientulus, vers. si vero de alienat. feud. libro 1. tit. 13. feudor. Et licet feudum per oppignoracionem non plane alienetur, sicut per venditionem: tamen eadem ratio in oppignoracione, quae in venditione, imo major esse videtur. Nam si alienatio stabilis ac firma permanet in praedictum domini consentientis: per magis firma debet manere oppignoratio, quae minus praedicti domino adfert. Tum * postremo quia idem 20 fuerit ipsa natura nepotii. Siquidem oppignoracione constituitur jus reale, quod cum re ipsa transit, ad quemcumque ea pervenerit, l. si fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignorat. & hypoth. Dominus itaque consentiendo oppignoracioni, censetur se ad naturam illius rei conformare, & tale jus in feudo constituitur voluisse, quod feudum semper comiteret, tamen illud ad ipsum domini

21 dominum reverent fuerit. Sicut et enim pleraque alia, ita etiam consensus domini secundum subjectam materiam, & naturam adus, sive contractus, super quo adhibetur, id est, pignoris, adeoque secundum dispositionem juris est accipiendus, arg. l. infulam, 6. ff. de prescript. verb. l. si stipularis, 4. in princ. vers. verum si emptor, ff. de usur. l. damni, 43. in princ. vers. & quod in stipulatione, ff. de dam. infid. l. si cui, 9. ff. de servitutibus & l. quinquam, 62. ff. de rit. nupt. ita nimirum, ut maneat pignus, donec debita pecunia creditoribus offeratur, solvaturque his modis, quibus jure constitutum est, loc. cit. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvitur. Atque ita, post Andream de Ufern, a se laudatum, sentitur, & docent Martin. Freccia, lib. 2. de auctor. & poss. Regis erga feudatarios, aut. 29. n. 8. vers. postea, q. 48. n. 14. cum segg. Fachin. lib. 7. controv. jur. cap. 56. Vult libro 12. de feud. c. 10. n. 70. Rading. lib. 1. var. lectio. jur. feud. c. 69. n. 2. cum segg. & Hackelman. disp. illustr. q. 12. coronid. 2.

22 Non obstat huic conclusioni, quod regulariter omnis promissio, & conventio intelligitur, rebus sic stantibus, live in eodem statu permanentibus, l. quero, 54. §. inter locatorem, ff. locati, l. quod servius, 8. ibique gloss. super verb. potest, ff. de condit. caus. dat. caus. non fecit. l. continuus, 137. §. cum quis, 6. ff. de verb. oblig. l. ex facto, 43. in princ. ff. de vulg. & pupill. substitut. l. cum quis, 38. in princ. ff. de solutionib. late Tiracq. ad l. anquam, 8. C. de revo. donat. in praefatione nu. 167. Ideoque consensus domini, super oppignoratione interpositus, locum habere, & praedecare domino creditus, rebus sic stantibus, id est, donec vasallus, qui oppignora- vit feudum, vixerit, sive successores eius feudum obtineant, non autem, si feudum ad ipsum dominum revertatur. Hoc, inquam, non obstat. Quamvis enim praedictis in legibus promissio facta, propter certas qualiam, & iustas causas intelligatur, rebus sic stantibus: non tamen inde sumi potest generale quoddam, ac veluti absolute axiomata: quamlibet conventionem, & dispositionem accipiendam fore, rebus sic stantibus: ita ut quaelibet varietas, & mutatio postea contingens jus immutat, ipsamque promissionem, ac conventionem infirmat. Idque satis relucet ex d. c. 1. §. est etiam, de alienat. feud. lib. 1. tit. 13. F. ubi habetur casus alienationis feudi, cum voluntate, sine consensu domini a vasallo facta. Vasallus mortuus sine descendente masculis, & queritur: nunquid facta alienatio revocetur, an vero subsistat? Si spectetur illud generale pronuntiatum: quaelibet promissio, & obligatio intelligitur, rebus sic stantibus: dicendum erit, feudum ad dominum reverti, alienationem rescindi, consentaneumque non obstat: siquidem res non amplius alienatus, nimirum stabilem perdit, manere alienationem. Hujusmodi ratio est: quia tunc feudum ipsam naturam adus, & intentionem contrahentium, & rei aequitate iudicandum est, non secundum generales quasdam regulas. Omnis quippe definitio, sive regula periculosa est, l. omnis definitio, 202. ibi que Accurs. & Philipp. Matthaeus num. 2. & seq. ff. de reg. jur.

25 Similiter non obstat, quod tunc consensus praedecare juri proprio ipsius consentientis non solet, quoties interponitur, & adhibetur pro auctoritate rei gestae, ut valeat, l. Cajus 34. ubi Paulus de Castro, ff. de pignorat. actio. l. cum quedam 26. C. de administrat. tutor. vel curator, ac propterea nec in praesenti themate consensus domini obstat, aut praedecare ipsi in jure proprio, atque adeo non impedit, quo minus vasallo, sine masculis defuncto, feudum libere ad illum revertatur. Nam responderetur: consentum non obesse, aut praedecare domino circa jus directi domini, quod habet, & habuit tempore alienationis feudi, neque circa consolidationem utilis domini cum directo, modo pignus firmum maneat. Etenim si firma non consisteret feudi obligatio a vasallo facta, domino consentiente, id creditoris praedecare admitteret, & naturae rei gestae repugnaret. Ea tunc siquidem natura contractus pignoris est, ut maneat jus firmum creditoris, donec pecunia ei perfoluta fuerit. Plura argumenta, quae nostrae opponi solent sententiae, sufficienter refutant Fachineus d. lib. 7. controverf. jur. cap. 56. & Hartm. Pistoris d. quest. 48. num. 25. & mutis segg. Pleraque etiam diluimus ad d. §. creditor. 4. Infit. quib. mod. re contrahit. oblig. num. 191. subseqq.

27 Addendum porro, & illud est hoc loco: quod tunc consensus a domino feudi oppignorationi a vasallo

facta praestitus ad usuras, atque, sive ad id, quod interest, merito extendatur, arg. l. quero 54. in princ. ff. locat. ubi fidejussor, tunc consensus a domino feudi accipiendus est, in omnem causam conclusionis obligatio, tardius illarum per motum coloni pensionem usuras praestare cogitur. Sicut igitur obligatio fidejussoris ad usuras extenditur, ita & consensus domini: quoniam dum dominus in oppignorationem feudi consentit, in omnem causam consentit. Nec refert quicquam, quod ab adversariis (nempe Matthaeo de Afflic. in c. imperialem, in 12. notat. q. 8. nu. 23. de prohib. feud. alienat. per Fridr. & Marino Freccia libro 2. de auctor. & poss. Baronis erga feudatarios, quae 20. horumque affectus) negatur: dominum consentire in omnem causam, dum consentit oppignorationi feudi. Id enim concedi poterit, si adjecta certa quantitas taxatione consentiat; puta consentio, ut feudum oppignoretur a vasallo pro quantitate centum duntaxat aureorum. Ceterum si consentiat simpliciter, nec ad certam pecuniam summam consensus restringatur, aliter est respondendum, & dicendum, quod hoc casu consensus non ad sortem tantum pecuniae debet, sed & ad usuras pertinet, d. l. quero 54. in princ. ff. locat. Neque recte replicatur, tunc potest consensus ad usuras, quae ex mora debitoris vasalli veniunt: cum hujus culpa domino nocere non debeat. Mora namque debitoris vasalli non nocet domino per se, & principaliter, sed in consequentiam contractus pignoris, cui dominus ipse consentit. Usurae siquidem veniunt tacite, & in consequentiam contractus bene fidei post moram, ex officio iudicis, l. Lucius Titius 24. ff. deposit. d. l. quero 54. in principio, ff. locati. Quare dominus tunc consentiens pignori, qui contractus bene fidei est, §. adionum autem 28. Infitur. de adionib. videtur consentire in omnem causam, quae ex eo contractu nasci potuit, arg. l. si quis pro eo, 59. §. si numerus, ff. de fidejussorib. Atque ita hanc sententiam, post Joachimum Camerarium in d. c. imperialem, de prohib. feud. alien. per Fridr. & Hartmannum Pistoris libro 2. part. postea, quae 49. defendit Fachin. d. lib. 7. controv. jur. cap. 57. HART.

(C) Textus est clarus, & c. Pro haec opin. adde Aug. Benof. decif. 24. n. 11. Chafin. in consuet. Burgun. tit. des froters, 178. §. 8. nu. 11. Soc. consil. 19. n. 12. vol. 2. ubi omnes dicunt hanc esse communem. Fallit tamen, quando feudum pignoretur pro servitio militari, ut per Joan. Tigr. sing. 70. num. 3. ubi alleg. Bal. in l. 2. col. 1. C. com. de leg. GOVEAN.

QUESTIO XXXVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Feudum an possit dari in dotem sine consensu domini.
- 2 An vasallus feudum suum in dotem dare filiae possit.
- 3 Feudum nullo pacto alienari potest.
- 4 An, & quatenus mulier feudum viro suo in dotem dare queat remissive.
- 5 De fructibus feudi pater filiae suae dotem constituere potest.
- 6 Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet.

EX ADDITIONIBUS.

Quaero, nunquid feudum dari possit in dotem (a), sine consensu domini? Respond. Hae quaestio potest dupliciter contingere. Primo, quando vasallus habens filiam vult ipsi filiae, vel potius genero, dare in dotem ipsum feudum. Et de hoc est text. expressus in c. 1. §. donare, quel. olim seu. alien. poter. quod (b) non potest illud dare in dotem; & haec est communis Doctorum sententia, ut dicit Zas. de seu. in 9. par. num. 40.

Lib. IV. §. Feudum, Quæst. XXXVII. 273

40. quem refert Jo. Jacob. de Leon. inter cons. feud. Brui. consil. 114. nu. 86. Si enim non est permittum vasallo alienare feudum propter propriam necessitatem, etiam famis, ut dixi supra q. 31. versic. pone vasallus, multo minus debet ei licere illud in alium transferre pro filia sua dotanda. Secundo modo potest contingere, si ipsamet (c) mulier, quae est utilis domina feudi, velit se ipsam de feudo dotare, & de hoc pariter videtur text. in c. 1. de investit. quam Tritus accepit, & c. quod possit seipsam dotare de feudo. Et haec est communis conclusio, modo duo concurrant. Primo, quod det feudum in dotem inaffirmatum: secundo, quod non apponat pactum de lucrando. Et ita esse communem conclusionem attestatur Curt. jun. de feud. in quarta parte principali, in 1. reg. quæst. 4. Revera, ubi etiam haec duo concurrerunt in donatione filiae sciencia per patrem, difficile esset allegare concludentem rationem diversitatis: tamen in practica sequenda esset communis opin. Pro qua forte potest dici in hoc differre patrem a filia, quia filia dare in dotem non videtur alienare feudum, sed tantum commoditates ipsius feudi, quarum alienatio est vasallo permittum, ut dixi supra, quæst. 31. versic. Successive, quibus tamen etiam ipsa fruatur, ex quo deservitur oneribus matrimonii. Praeterea licet proprie possessio rei dotalis dicatur esse apud maritum; tamen etiam mulier dicitur quodammodo possidere fundum dotalem: fecit autem est in patre. Sed quidquid sit, tutius esset in utroque casu requirere domini (d) consensum; proat fieri debere consiluit Alvarott. in dicto §. donare. quem refert Curt. jun. in loco praedilegato.

ADDITIONES.

- (a) **D**ari in dotem. Imo secundum Innoc. in cap. nuper, de donat. inter vir. & uxore. & Doct. in c. ex parte, quos refert Anguil. in consil. 46. in fine, speciale est in dote, ut feudum dare possit in dotem. Adverte, quia forte hallucinatur Anguil. quoniam in libro meo non reperitur istud dictum suum: de feudo tamen obligato pro dote restitutione salvo Regio assensu, vide Afflic. decif. 3. & per Casp. Orsil. ad eum. GIACH.
- (b) **Q**uod non potest illud dare in dotem. Vasallum feudum tunc suum filiae in dotem dare non posse, aperte recteque decisum extat tit. 4. §. donare, libro 2.
- (c) **F**. Siquidem tunc in dotem datio, quaedam venistio, sive alienatio censetur, l. scilicet 2. §. sed si germanis, 13. versic. quod si in dotem dederit, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvit. l. lege Ravia 4. ff. de leg. Fab. de plagari. l. non solum 22. §. si eum, ff. de liberal. caus. & quidem ejusmodi est alienatio, qua rei possessio, & dominium ad alium, puta maritum, transfertur, initio vitul. Infitur, quibus alien. licet, vel non l. quamvis 75. in princ. ff. de jure dot. l. praedictum 23. C. eod. l. dote ancillam, 9. C. de rei vindicat. Jam tunc vero constat, feudum nullo pacto pro vasallo alienari posse, nec in totum, nec in parte, quocunque titulo: & eos, qui contra faciunt, feuda amittere, cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & per Fridr. Jacobin. de S. Georg. in sua investit. verb. ita etiam quod ipsi vasalli, num. 17. Joan. Blanc. in Epit. jur. feud. libro 2. ca. 1. nu. 95. Somsbecc. in Comment. in usus feud. parte 12. nu. 79. Fachin. libro 7. controverf. jur. c. 77. D. Bocerus in tractat. de jure & commodo senior. libro 2. cap. 6. nu. 190. & seq. Rudinger. libro 1. var. lect. jur. feud. c. 60. numer. 4. & seq. Roenthal. in tract. feud. c. 9. memb. 1. conclus. 8. Myning. cent. 4. observat. 86. ubi hanc sententiam, tanquam veriorum, in Camera obtinuisse, attestatur. HART.
- (d) **S**i ipsamet mulier, quae est utilis domina feudi, velit seipsam de feudo dotare. An tunc & quatenus mulier, novum, vel potius feudum habens, illud viro suo in dotem dare possit, post Clarum hic notitum, abunde explicat Myning. d. observat. 86. n. 4. Obrecht. de feud. cap. 3. nu. 134. Rading. d. libro 1. c. 60. n. 9. & seqq. Roenthal. d. c. 9. concl. 9. num. 6. & seq.

D. Bocerus d. libro 2. c. 6. nu. 192. & alioque sup. ubi rationem diversitatis, cur femina dare feudum in dotem possit, pater vero pro filia non possit, multiplicem tradit. Sane tunc de fructibus feudi nihil prohibet patrem filiae dotem constituere: sicque pro sua persona scilicet ad hujusmodi fructus praedecare obligare. Neque enim haec est alienatio feudi: quoniam nullum jus reale in genere transferretur, sed personale, jus, quod fover habet fructus percipiendi ex feudo, donec vixerit: cuius morte jus percipiendi fructus expirat: cum tunc plus juris in alium transferre possit, quam ipse habet, i. nemo plus juris 54. ff. de regul. jur. cap. nemo potest 79. de reg. jur. in 6. l. si usufructu 66. in fin. de jur. dor. Duaren. de feud. cap. 12. n. 9. Schraererus in tractat. feud. parte 8. cap. 1. num. 38. Mozz. in tit. ex quibus caus. feud. amitt. nu. 133. Vultejus libro 1. de feud. cap. 10. num. 57. Myning. d. cent. 4. observat. 86. n. 5. Gail. lib. 1. obs. 137. & lib. 2. pact. pub. c. 17. num. 18. Roenthal. d. c. 9. concl. 9. n. 1. ubi hanc in sententiam plures citat. HART.

(d) **D**ominii consensum. Ad idem, quod vasallus feudum dare in dotem sine consensu domini, commun. vide per Duen. sub reg. 40. in versic. octavo limitat. & dixi etiam in consilia mea commun. opin. verbo, vasallus, nu. 39. GRACH.

QUESTIO XXXVII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vasallus an possit sine consensu domini constituere servitutem in re feudali.
- 2 Et an possit constituere usumfructum.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An, & quatenus vasallus praedio feudali servitutem realem imponere possit.
- 2 Et an valeat alteri concedere usumfructum.

Quaero, nunquid (a) possit vasallus sine consensu domini constituere in re feudali servitutem, vel aliquid aliud onus (b) imponere? Respond. aut loquimur quantum ad praedecium ipsius constituentis, & res non habet difficultatem. Potest enim proculdubio vasallus ad sui praedecium constituere servitutem realem in re feudali, sine consensu domini, ut est text. expressus in c. 1. §. quid ergo, de invest. in re aliena facta. Est etiam communis conclusio, ut attestatur Curt. jun. de feud. in 4. part. in ult. causa amitt. feudi, quæst. 14. & seqq. Quo vero ad praedecium domini, non potest vasallus servitutem, vel aliquid onus feudo imponere: & ideo eventiente casu, quo feudum domino aperitur, extinguitur onus illi impositum per vasallum. Idem etiam dicendum est, quantum ad praedecium agnatorum, qui successum sunt in feudo. Non enim potest vasallus aliquid servitutem, vel onus constituere super feudo, in praedecium eorum, qui succedere debent in feudo ex providentia primi acquirentis, & ad hoc per Doct. allegatur gl. quam tamen ego in lib. meo non reperio in c. 3. verb. Alienationes, d. c. Conrad. & illam gl. dicit esse communiter approbatam Alexan. consil. 18. post nu. 5. libr. 5. quem refert Pieu in repet. §. Titia, post n. 99. Pasil. consil. 88. n. 4. lib. 2. Et hanc opin. dicit esse magis communem Berous q. 95. nu. 1.

Sed nunquid (c) poterit vasallus, sine domini consensu constituere alteri usumfructum in re feudali? Resp. quod non. Et ad hoc pariter allegatur illa gloss. quae ego non invenio, ut supra dixi. Et ista est communis conclusio, ut attestatur Curt. jun. in d. 4. p. q. 15. Est enim usufructus pars domini,

nimi merito cum vasallus prohibitus sit alienare utile dominium, neque etiam posse alienare ejus partem.

ADDITIONES.

(a) N Unquid possit vasallus sine consensu domini constituere in re feudali servitutem. Vasallum pro praedio feudali servitutem realem, in sui praedictum, non item domini aut agnatorum, imponere posse & extinguere feudo, hanc quoque servitutem condicere, clare dispositum est in tit. 2. §. rari autem, vers. quid ergo, lib. 2. F. Idque ultra Clarum nostrum, latius declarant Andr. de Hec. Belvis. Bald. Alvar. Petr. Rau. Praeposit. Afflicti. & ceteri in dict. vers. quid ergo, & Ferraricns. in form. libelli, de feudi revocac. verb. nec superstitibus, nu. 17. Hartman. Hart. de feud. observac. 29. Petr. Duem. in reg. jur. 40. limitat. 10. Borcholt. in Commentar. in consuet. feud. cap. 8. num. 59. & 62. Bocerus in tract. de iure & commodo senioris, & lib. 2. cap. 6. nu. 107. cum seq. Vultasus libro 1. de feud. c. 10. nu. 40. Schraderus in tract. feud. part. 2. cap. 2. n. 49. & seq. Rudinger. libro 1. var. lect. var. feud. 1. 21. aliisque plures, quos refert, & sequitur Henricus a Rosenthal. in tract. feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 11. num. 1. & seq. Et de eo nonnulli etiam annotavimus ad §. ideo 3. Instit. de servit. praedior. numer. 27. & 28. HARPR.

(b) Aliud onus imponere. Item quod vasallus haud possit sine consensu domini in rebus feudilibus constituere usufructum, vel simile onus imponere, aut servitutem aliquam addere in praedictum eorum, qui succedere debent in feudo, comman. vide per Card. Paris. in cons. 99. numer. 4. vol. 2. & in d. collect. moa num. 47. GIACH.

(c) Sed unquid poterit vasallus sine domini consensu constituere alteri usufructum. Quod si vasallus inficio, & non consentiente domino, citra periculum amissionis feudi, usufructum alteri in re feudali concedere nequeat, praeter Clarum nostrum, tenent, probantque Jacobus de S. Georg. in ius invest. verb. ita etiam, quod nisi vasalli, num. 13. HERN. Alvar. Camera. Balzeran. & alii in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid. Bocerus d. tit. 2. c. 6. num. 109. cum seqq. Mozza. de amf. feud. nu. 132. Vult. d. lib. 1. de feud. c. 10. nu. 41. Sonthecc. in Comment. in usus feud. part. 12. n. 103. Schneidev. in Epitom. feud. part. 7. num. 11. Rudinger. d. lib. 1. cap. 46. nu. 5. cum seqq. Rosenthal. d. c. 9. membr. 1. concl. 10. n. 1. ubi plures citat. Tamestii alii non improbabiler contrarium tueri conentur, Rol. a Valle cons. 59. vol. 2. Pinel. ad l. 1. par. 3. n. 71. C. de bon. matern. Borcholt. praedictio c. 8. nu. 64. & seqq. Eadem de re videantur, quae docuimus ad §. 1. Instit. de usufructu, numer. 2. cum seqq. & quae tradidit Andr. Fachin. lib. 7. controvers. jur. cap. 79. HARPR.

QUESTIO XXXVIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Vasallus an possit sine consensu domini in feudo transigere.

EX ADDITIONIBUS.

1 An & quatenus vasallus super feudo transigere queat semelive.

Quaero, an (a) vasallus possit sine domini consensu de feudo (b) transigere? Respond. quod aut vasallus transigendo transfert feudum in alium, & hoc facere non potest sine licentia domini: aut retinet feudum pates se, & tunc potest transigere. Ita distinguit Bald. in c. 1. num. 16. de contro. inter vasall. & alium, & in hac sententiam inclinat communis mens Doct. ut ait Curt. jun. de feud. in 4. parte, in ultima causa amiff. feud. q. 7. Hanc etiam opinionem dicit esse magis

communi in Paris. cons. 1. nu. 134. lib. 1. Dorec enim vasallus retinet feudum pates se, non dicitur intere domino aliquod praedictum.

ADDITIONES.

(a) N Vasallus possit sine domini consensu de feudo transigere. An si & quatenus vasallus super feudo transigere possit sine licentia domini, praeter Clarum nostrum, & alios, accurate explicant Borcholt. in Comment. in consuet. feud. cap. 8. num. 44. Et. Collega Bocerus in tract. de iure & commodo senioris, lib. 2. cap. 6. nu. 119. cum domini, itemque vasalli, & lib. 2. cap. 6. nu. 119. cum multis seqq. Rudinger. lib. 1. var. lect. var. feud. c. 10. Schraderus in tract. feud. part. 2. c. 1. nu. 43. & seq. Rosenthal. in usus feud. c. 10. numer. 1. concl. 21. alii quoque non pauci per eum allegati. HARPR.

(b) Transigere. Adde, ut per Caph. in cons. 171. nu. 50. item potest transigere absque consensu domini de feudo, si modo id sincere agat, & bona fide percellit, cons. 3. n. 117. Ut autem possit ad praedictum successorem transigere, oportet rem esse liquidam, vel de facili posse liquescere: atque dicitur de domo: vias per eund. cons. 155. nu. 35. GIACH.

Transigere. Textus in c. 1. de contro. inter vas. & alium, videtur dicere, quod quoad jus feudi potest vasallus cum litigante transigere & praedictum Domino, ut teneatur obtinere ex causa transactionis habere in vasallum. Et idem dicendum in compromisso, de quo in q. seq. cum compromissum sit transactio. Et sic videtur ibi esse desitum id, de quo disputavit Spec. in tit. de ar. iur. par. 1. vers. sed unquid vs. scilicet, quod vasallus etiam sine consensu superioris potest de feudo compromittere. GOYFAN.

QUESTIO XXXIX.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Vasallus an possit facere compromissum de re feudali sine consensu domini.

EX ADDITIONIBUS.

1 An, & quatenus vasallus in arbitrium, vel arbitratorum compromittere possit, remissive.

SUCCESSIVE quaero, unquid possit vasallus de re (a) feudali facere compromissum sine domini consensu? Resp. respectu compromissi faciendi in arbitratorum omnes conveniunt, quod vasallus id facere non possit. Procedit enim arbitrator nullo juris ordine servato, merito non debet vasallus, cui interdicitur est omnis feudi alienatio, posse facere actum, ex quo resultare posset alienatio. Hae autem ratio non videtur militare in arbitrio, qui tenetur sequi iura. Et ideo multi tenebant, quod in arbitros possit vasallus de feudo compromissum facere, quod etiam expresse concedere videtur tex. in c. 1. §. si inter, de lege Conradi. Et licet per dispositionem c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frid. videatur prohibita omnis alienatio feudi: tamen ex quo in specie non fit in eo textu mentio de compromisso, non videbatur dicendum, quod text. in d. §. si inter, cum siml. esset correctus. Et ita quod per d. Imperialem, non sint correctae in hoc iura antiqua, dicit videri communem mentem Feudistarum Curt. jun. de feud. in 4. parte, in materia alienationis feudi, q. 8. subdens, quod ita sentiant communiter Scribentes in materia jurisdictionis feudalis. Dicit tamen Curt. ibi in fi. quod hae decisio est multum dubia, & periculosa, & bene dicit, quia revera contraria opin. quod scilicet vasallus non possit etiam in arbitros facere compromissum de re feudali; est iudicio meo tutior, & etiam magis communis, prout attestatur Socin. jun. cons. 77.

77. nu. 76. & seq. lib. 1. Pro qua facit, quia regulariter, de qua re non potest quis libere disponere, neque etiam potest de ea facere compromissum. Posset tamen, & forte non impertinenter ad hanc questionem accommodari distinctio, facta in praecedenti quaestione: ut scilicet possit vasallus de feudo compromissum facere, modo ex tali compromisso, vel arbitramento superinde ferendo non possit sequi, quod feudum in alium transferatur, ut dictum est de transactione, cui etiam per communes juris regulas equiparatur compromissum, sive arbitramentum.

ADDITIONES.

(a) DE re feudali. Hic cadit pulcherrima dubitatio, Si causa feudalis non est compromittenda, an causa fructuum sit committenda? quod sic, facit decis. Afflicti, 43. Item an vasallus possit compromittere de re feudali in alium quam dominum? vide per Alexand. remissive in l. 1. §. & post operis, ff. de oper. nu. num. GIACH.

Nunquid possit vasallus de re feudali facere compromissum. An si & quatenus vasallus sine consensu domini in arbitrium, vel arbitratorum compromittere possit, praeter Clarum nostrum, exponunt sufficienter Andr. de HERN. Alvarot. Praeposit. Afflicti Ravennas, Frider. Schenck, & Balzaan. in c. 1. in princ. vers. si autem inter pares, de lege Conradi, tit. 34. lib. 2. F. Ant. Capyc. de investitur. feud. c. feudorum compromissa colu. 2. §. an autem arbitratorum, & c. Zas. in epit. feud. part. 9. nu. 10. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. c. 8. nu. 45. Petrus Duennas in reg. jur. 36. limitat. 4. Hannton. de feud. lib. 3. c. 6. Mozza. in tit. ex quib. caus. feud. amf. nu. 140. Thomas Marinus tit. 2. de feudo ex pacto, & provid. antiqu. nu. 26. Rosenthal. in tract. feud. membr. 1. concl. 22. & novissime in tract. feud. c. 12. pag. 343. HARPR.

QUESTIO XL.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Vasallus an possit in suo testamento de feudo disponere.
2 Et quid in feudo simpliciter hereditario.
3 Et quid in feudo omni.
4 Et an possit illud legare pro anima.
5 Et an possit plus assignare uni ex filiis suis, quam alteri de ipso feudo novo.
6 Et quid in feudo novo.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 Regulariter vasallus de feudo testari nequit.
2 Quibus casibus vasallo de feudo testari liceat.
3 Feudum mere hereditarium in re allodiali seu hereditaria habetur.
4 Ubi alienatio permessa est, ibi & heredis institutio permessa censetur.
5 Legati feudi assignatio non debetur.
6 Huius prononciati ratio.
7 Quod ipso jure nullum est, nullum potest producere effectum.

Quaero, nunquid (a) possit vasallus in suo testamento de feudo disponere? Respond. quod dispositio testatoris de feudo nullo (b) modo valeat. Text. in c. 1. de successione feudi, ubi, nulla ordinatio defuncti in feudo manente, vel valente. Et hae est communis regula, ut dicit Socin. jun. cons. 72. post nu. 40. libro 1. Curt. junior de feud. in 4. parte principali, in 1. regula, in penultima quaestione. Cum n. vasallus non sit dominus feudi, nisi donec vixerit, merito non debet posse de eo disponere in praedictum eorum, quibus ex providentia primi acquirentis post ejus mortem feudum debetur. Sed quia hae materia a Doctoribus aliquantulum

confuse tractatur, ideo distinguendi sunt aliqui casus pro ejus intelligentia. Aut enim loquimur in feudo simpliciter & absolute hereditario: & tunc dicendum est, quod potest testator de eo disponere ad sui libitum, & illud relinquere cui voluerit. Ex quo tale feudum est alienabile, & transitorium ad quoscunque haeres, etiam extraneos, nihil prohibet, quo minus etiam de eo in specie possit vasallus in testamento suo disponere. Vide quae dixi supra q. 9. vers. Hoc praemisso, & supra q. 31. vers. ulterius quaero. Aut vero, & secundo, loquimur in feudo mixto, quod sc. est hereditarium, & est etiam ex pacto, & providentia, prout est feudum receptum pro se, & filiis, & haeredibus. Et hoc casu dicunt aliqui, quod ex quo filius non potest habere feudum, nisi etiam sit haeres, ut dixi in ead. quaest. 9. vers. Quandoque, & tertio, haeres autem non potest contravenire facto defuncti: propterea dispositio testatoris de ipso feudo valet, quia per ipsum haeredem infringi non poterit. Sed hic est advertendum, quia haec conclusio, dato quod esset vera, procederet solummodo, ubi ageretur de praedictum filiorum, vel agnatorum, sed quo ad praedictum ipsius domini directi, non habetur in consideratione, an feudum sit simpliciter ex pacto, & providentia, an mixtum, vel an sit novum, vel antiquum: & ideo, modo feudum non sit simpliciter, & absolute hereditarium, tunc quod omnis dispositio de feudo facta per vasallum testantem, quoad praedictum domini, est nullius valoris, & momenti. Praeterea hae conclusio, etiam quoad praedictum filii, vel agnati, non videtur vera, saltem quando filius vel agnatus audivissent hereditatem vasalli, de feudo testantis, cum beneficio inventarii. Nam talis confessio inventarii conservat filio vel agnato haeredi iura sua, ut possit, non obstante additione, alienationem de feudo factam per defunctum revocare, etiam quod tale feudum esset hereditarium, secundum unam opin. quam ego tenui infra, q. 62. vers. Successive. Tertio etiam hae conclusio non satisfaciunt. Nam solummodo habet locum in filio vasalli, qui omnino cogitur acceptare hereditatem patris, si vult feudum retinere, de quo tamene dicam infra, q. 76. secus autem in agnato. Sufficit enim, quod agnatus sit haeres primi recipientis, neque requiritur, quod sit haeres vasalli ultimo defuncti, ut dixi in supra allegata quaest. 9. vers. Sed quaero, & sic in eo cessat fundamentum conclusionis. Facienda est ergo generalis regula, quod sive feudum sit simpliciter ex pacto, & providentia, sive mixtum, non potest vasallus in praedictum agnatorum de feudo testari. Bene verum est, quod si filius vel agnatus adirent hereditatem vasalli, qui de feudo testatus est, sine beneficio inventarii, non possent talem alienationem in testamento factam revocare, quia eo casu non possent facto defuncti contravenire, & hoc non quia alienatio per additionem non invalidatur, sed quia iste adeundo sibi praedictum. Et nota, quia hoc est maximi effectus, nam cum ista additio non praedictum nisi adeunt, possent filius, vel agnatus adeuntis, ad quem feudum spectaret, virtute investiturae ipsa additio non obstant, alienationem ipsam revocare.

Sed quaero, nunquid hae conclusio ita declarata, quae habet, quod vasallus non potest de feudo testari, habeat locum generaliter in omni feudo, sc. sive sit antiquum, sive sit novum, id est acquiritum ab ipso vasallo testante? Respond. quod quantum ad praedictum domini, ut supra dixi, non habetur in consideratione an feudum sit antiquum, vel novum, quia utroque casu non potest per vasallum alienari sine consensu ipsius domini: sed quantum ad praedictum filiorum, vel agnato-

agnatorum multum interest. Nam si est feudum antiquum vel patrum, non poterit vasallus de eo testari in prejudicium eorum, qui sunt vocati ex tenore investiturae. Si vero sit novum, utique poterit de eo testari, interveniente consensu domini. Est enim generalis regula; Quod potest vasallus de feudo novo ad libitum suum disponere, sub quocunque tenore receptum sit, etiam si in prejudicium filii, vel agnati, vel ex tenore investiturae successurus fuisset in feudo, ut dicam infra, question. 41. vers. Et haec quidem.

4. Ex hac conclusione, quod vasallus non potest de feudo testari, Primo inferitur, quod non poterit testator libere legare, etiam pro anima (c). Text. est in c. 1. §. Donare, qualiter olim feud. alien. pot. Sed quæro an legato (d) feudo, debeatur saltem æstimatio, prout debetur, quando legatur res aliena? Resp. quod non debetur neque res, neque æstimatio. Ita tenet Bald. in d. §. Donare, n. 3. & est communis opin. ut dicit Soc. jun. conf. 72. n. 60. libro 1. & conf. 74. nu. 20. & seq. eod. vol. Quando enim aliquis habens jus in re, quod est morte periturum, illam legat alteri, censetur legasse solummodo illud jus, quod habebat, neque debetur aliqua æstimatio, ut dixi supra libro proximo §. legatum.

5. Secundo inferitur, quod non poterit pater habens filios plus assignare in feudo uni ex filiis, quam alteri. Et ita est communis opin. ut dicit Zaf. de feud. in 8. parte, in 3. particula, vers. & hanc partem. Est enim providentia legis confirmata, ut omnes filii æqualiter in feudis succedant. Multo minus ergo poterit totum ipsum feudum prælegare uni ex filiis suis. Dicit Alex. in leg. apud Julianum, quam legit cum l. cum servis, §. si quis alicui, nu. 4. in fin. ff. de leg. 1. quod magis communis opin. videtur inclinare in hanc partem. Et hanc opin. tenere communis. D.D. attestatur Joan. Rayn. in c. Imperialem, §. habito col. 7. de prohib. feud. alien. per Frider. quem refert Jac. in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo, n. 2. in fin. Hanc etiam dicit esse communis. Ruin. consil. 25. n. 13. libro 1.

Quæ omnia de plano procedunt in feudo antiquo, & paterno: illud enim proculdubio non potest pater uni ex filiis suis prælegare. Et ita est communis opin. dicit Ruin. consil. 9. in fin. libr. 1. & hoc pro indubitato præsupponit Soc. jun. conf. 160. mem. 44. libr. 2. Cum enim tale feudum virtute investiturae debeat ad omnes ejus filios æqualiter pervenire ex providentia concedentis, merito non potest vasallus per suam dispositionem alterare naturam feudi in prejudicium aliorum, & sic illud relinquere uni ex filiis suis, etiam si sit ex comprehensis in investitura. Et ita solet communiter concludi, ut dicit Socin. jun. in d. conf. 72. num. 33. Sed quid in feudo novo, id est, acquisito per ipsum testatorem pro se, & filiis, vel pro se, & liberis? Et in hoc varie sunt Doctorum opiniones, quas late refert Curt. jun. de feud. in 4. parte, in ultima causa amissionis feud. q. 30. vers. Ex prædicta regula. Aliqui n. dicunt, quod etiam feudum novum non potest pater uni ex filiis prælegare. Et hanc opin. dicit videri magis communem Socin. jun. in d. consil. 72. n. 35. & conf. 160. num. 44. libro 2. Alii vero dicunt, quod potest. Et hanc dicit videri communem Barb. inter consil. Alex. consil. 55. colu. pen. vers. Et si quispiam, libr. 4. quæ etiam mihi magis placet. Est n. valde rationabile, ut quod jure meo quæsi, etiam arbitrio meo alienare possim. Et certè mirum est, quod Doctores in hoc articulo adeo inter se repugnent: nam aut loquimur quoad prejudicium domini, & certum est, quod quando prælegatur uni ex comprehensis in investitura, non dicitur agi de aliquo prejudicio ipsius domini. Aut loquimur

quantum ad prejudicium aliorum, & pariter non videtur agi de aliquo eorum prejudicio. Si enim vera est decisio Andr. de Her. quam retuli in d. q. 41. vers. Et haec quidem, quod scilicet vasallus de feudo novo possit cum consensu domini ad sui libitum disponere, nescio videre, qua ratione, si vasallus possit tale feudum alienare, etiam in extraneum, non possit etiam illud uni ex filiis suis prælegare. Et ita, si casus contingeret, consulere, & judicare. Vide tamen in hoc proposito, ea quæ dixi supra hoc eod. libr. §. emphyteusis, q. 16.

ADDITIONES.

(a) Nuncquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere? Et regulariter vasallus de feudo in testamento disponere non potest: adeo, ut nec pro anima quidem aliquid ei relinquere liceat, per textum hic, & infra n. 4. ad Claro notandum ad hoc excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus vasallus de feudo potest testari. Primus est, si feudum mere, & absolute sit hereditarium, cap. nu. de feud. non habente pro. feud. nar. tit. 48. lib. 2. F. Feudum siquidem tunc mere hereditarium jure hereditario estimatur, & ut res alodialis seu hereditaria habetur, per notata Clari not. 61. Gaill. libro 2. observ. 154. num. 13. Rudinger. libr. 1. var. lect. jur. feud. cap. 30. nu. 8. Henrici a Rosenthal. in tract. feud. cap. 2. concl. 25. & cap. 7. concl. 6. & D. Collegæ Boceri class. 5. disp. 18. th. 14. litt. D. edit. 2. & in tract. de jure succedendi in feud. cap. 2. q. 3. & c. 4. q. 1. in fine. Secundus casus est, si vasallo, & quibus ille dederit, feudum concedatur, d. tit. 48. libro 2. Feud. & tit. 26. §. feudum ea lege libro 2. F. Ubi t. n. alienatio permisa est, ibi & heredis institutio permisa censetur, l. si quis, 8. §. certam, 2. & §. ut. C. de secund. nupt. Jacobin. de S. Georg. in verbo, & quibusvis, nu. 3. & in verbo, in feudum, nu. 13. Roland. à Valle conf. 3. nu. 11. vol. 1. conf. 71. nu. 6. conf. 79. nu. 30. vol. 2. conf. 16. vol. 3. & conf. 34. nu. 84. & conf. 84. nu. 29. vol. 4. D. Obrecht. de feud. c. 3. num. 105. Borchol. in Comment. in consuet. feud. c. 7. parte 2. nu. 6. & cap. 8. nu. 97. Tertius casus est, si domini, & agnatorum proximiorum consensu testamentum fiat, arg. tit. 39. libro 2. F. item argum. §. si debitor, 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. joint. & l. cum quedam, 26. C. de administrat. tutor. vel curat. Schrader. in tract. feud. part. 7. c. 2. num. 15. & seq. ubi plures limitationes videre licet. HARP.

(b) Nullo modo. Pro & contra diversa consil. omnino vide inter consilia Feudal. consil. 41. Et adde, nisi ex tenore investiturae appareat illi fuisse concessam potestatem testandi. Ita per Jacobin. de S. Georg. in tract. de feud. in verbo Marchio in Italia, sub nu. 2. ubi dat istam maximam in materia feudali, quod a tenore investiturae non est recedendum. Item quod investitura tenor semper inspicendus sit, habetur late per Cephal. in cons. 3. num. 1. Et quis qualitas omnino servanda, per eundem consil. 133. num. 4. & ejus tenor plurimum intueri debet, ibi numer. 46. qui omnino est sequendus per eund. in cons. 150. nu. 4. Et prima investitura tenor est inspicendus per eund. in cons. 152. nu. 60. Et iste attendendus per eund. consil. 173. n. 32. Et potius inspicendus est tenor, quam feudi natura, ibid. num. 16. Item quod vasallus haud possit testari de rebus feudilibus etiam pro anima, commune per Roland. vide in consil. 1. n. 4. vol. 4. & plene in collect. mea commun. opin. in verb. vasallus, nu. 11. Idem etiam vide per Rol. conf. 79. vol. 2. colum. 1. & 2. & in consil. 71. nu. 10. & 11. eod. volum. Fallit in investito de feudo franco, quia de eo potest disponere, & fideicommissum inducere. Idem in illo, qui habet feudum cum clausula pro se, & hæreditibus quibuscumque: quia potest hæredem instituire, & substituere, & fideicommissum facere de feudo, adeo ut veniat in restitutione fideicommissi. Vide per Rol. in consil. 10. in 2. consultation. vol. 3. GIACH.

(c) Etiam pro anima. Illud intellige de jure civili, scus de jure Canon. secundum Hostiens. in titu. de nupt. m. c. 1. §. in quantum vers. sed nec illa, & ratio est, quia magnum prejudicium fieret domino, quia Ecclesia nunquam moritur, & propterea nunquam esset spes, quod reverteretur ad dominum. Vide Lud. Roma. sing. 533. & ibi additur Gabriel. Straya. GOVEAN.

(d) An

(d) An legato feudo, debeatur saltem æstimatio. Communis t. opinio est, teste hic Claro nostro, vasallum de feudo testari, aut legare adeo non posse, ut ne quidem relicti feudi æstimatio debeatur, c. 1. in prin. de success. feud. tit. 8. libro 1. cap. 1. §. donare, qualiter olim poterat feud. alien. tit. 9. libro 2. F. ibique Bald. Alvarort. & Præposit. item Bartol. Aretin. & ceteri, in l. com servus, 39. (alias l. apud Julianum.) §. si. ff. de legat. 1. Felin. inc. qua in Ecclesiasticum, n. 7. de consuet. Jacobin. de S. Georg. in verb. & cum pilla, quod cum ipso feudo, n. 6. Paris. conf. 7. n. 14. libro 1. Valtresus, Heigius, & Fortiter. in §. non solum, 4. Instit. de legat. Roland. à Valle conf. 41. nu. 31. & cap. 71. nu. 11. & conf. 79. num. 6. & 7. vol. 2. Francisc. Curt. jun. in tract. feud. part. 4. nu. 126. Borcholus in d. comment. in consuet. feud. c. 8. n. 47. Nicol. Everhard. in Topic. legal. loc. à feudo ad emphyteusim, n. 16. Gaill. libro 2. observ. 154. num. 14. Fachin. lit. 5. controvers. jur. c. 37. D. Bocerus 4. tractat. de jure succedendi in feud. c. 1. quest. 8. Rudinger. d. lib. 1. var. lect. jur. feud. c. 31. Arminius disp. feud. th. 3. Schraderus d. tract. feud. part. 7. c. 2. nu. 9. Hænonius in questionib. illustr. disp. 10. th. 24. Rosenth. d. tract. feud. c. 7. conclus. 2. nu. 10. alique ab eo commemorati. Ratio hujus opinionis evidens est: Tum quia cum legatum, vel promissio alicujus rei ipso jure est nulla; sicut ipsa res non debetur; ita nec ejus æstimatio, arg. d. l. cum servus, 39. ult. ff. de legat. 1. & l. multum intereb. 34. ibique Donel. ff. de verb. oblig. Tum t. quia id, quod ipso jure nullum sive inutile est, nullum effectum producere potest: sed perinde habetur, ac si nunquam datum, aut promissum fuisset arg. d. §. non solum, 4. ibi, si talis res sit, cujus commercium non est, nec æstimatio ejus debetur. Institut. de legat. & l. non dubium, §. de heredi. Quæ hujus sententia adversari videntur, abunde refutavit D. Bocerus d. c. 1. q. 8. Et eadem nos quoque diluimus ad d. §. non solum, 4. Instit. de legat. num. 33. & seqq. HARP.

QUÆSTIO XLI.

SUMMARIÆ.

EX CLARO.

- 1 Vasallus an possit cum consensu domini alienare feudum in prejudicium agnatorum.
2 Et quid si feudum sit antiquum.
3 Et quid si sit hereditarium.

EX ADDITIONIBUS.

- 1 An, & quatenus vasallus possit cum consensu domini alienare feudum in prejudicium agnatorum.

Dixi supra q. 31. in prin. quod non potest vasallus feudum alienare (a) sine consensu domini. Quæro, nunc, an possit vasallus cum consensu domini feudum alienare (b) in prejudicium agnatorum? Resp. quod non. Et est communis conclusio, ut attestatur Curt. jun. de feud. in 4. parte, in ultima particula, in 1. reg. col. 3. vers. Sicut ergo ex promissis.

Et hæc quidem regula de plano procedit in feudo antiquo seu paterno. Nam tale feudum proculdubio non potest per vasallum alienari in prejudicium agnatorum, etiam cum domini consensu. Et hæc est communis opin. ut attestatur Alvar. in c. 1. post nu. 4. vers. Oppano ab extra. quemad. feud. ad se. perti. & clarius post eum collegium Bonon. inter consilia Curt. sen. conf. 50. nu. 21. & refert, & sequitur Paris. conf. 17. nu. 16. lib. 1. Cum enim sit jus quæsitum descendendum ex tenore primæ investiturae: merito non potest tolli per aliquem ex successoribus primi investiti. Et hæc est communis omnium conclusio, ut dicit Curt. jun. conf. 171. nu. 5. Et est valde rationabile, ut in hujusmodi feudis, quæ à Majoribus suis proveniunt, non possit vasallus aliquo

modo filius suis præjudicare, quia ad feuda ipsa veniunt, non ex facto ipsius patris, sed ex antiquorum suorum provisione. Ita dicit Andr. de Isern. in c. 1. §. Quid ergo de invest. de re alien. facta. Et hæc est verissima, communis, & ab omnibus approbata conclusio, ut dicit Socin. jun. conf. 112. nu. 1. lib. 2. subdens, quod hoc est apud Doctores nostros indubitatum. Sed in feudo novo secus est. Nam feudum novum, sub quocunque tenore receptum sit, nisi fuisset expresse conceptum contemplatione alicujus filii, specialiter, & proprio nomine in ipsa investitura nominati, semper potest ad libitum alienari per feudatarium cum consensu domini, nec requiritur consensus filii primogeniti, vel alterius agnati, qui successurus esset in feudo. Et hæc est dec. Andr. de Isern. in c. 1. n. 3. de alien. feud. patet. quam dicit esse per omnes approbatam Sigil. conf. feud. 52. nu. 1. ubi etiam subdit, quod omnes cum sequitur nemine discrepantes; quia id, quod ego acquirō, possum pro mea voluntate alienare. Et hæc decisio semper mihi placuit, licet Doctores super hoc articulo varie seripsent.

Sunt autem nonnulli, qui non ita passim admittunt hanc conclusionem, quod vasallus non possit de feudo (c) antiquo, seu paterno disponere, in prejudicium agnatorum: sed putant, distinguendum esse inter feudum hereditarium, & feudum non hereditarium, dicentes, quod in feudo non hereditario bene procedit prædicta conclusio, & ideo si feudum sit receptum pro se, & descenditibus masculis, quod non poterit vasallus de eo disponere in prejudicium descendendum masculinorum. Et hæc dicit esse communem omnium conclusionem Curt. jun. in d. conf. 171. nu. 6. Sed in feudo hereditario, etiam si sit antiquum, tenent, quod possit vasallus præjudicare agnatis, & sic, quod in feudo recepto pro se, & hæreditibus factum unius ascendentis, tempore, quo feudum est apud ipsum, præjudicat non solum sibi, sed etiam posteris suis hæreditibus cum censetur quid hereditarium. Et dicit Alex. conf. 13. n. 11. lib. 5. quod hæc est communis conclusio Doctorum ubique, quam etiam possit cum dicit esse communem Paris. conf. 16. num. 44. lib. 1. Jaf. conf. 56. col. fin. vers. respondetur, libr. 3. Tu vero hic adverte, nam si loquimur in feudo simpliciter, & absolute hereditario, puta recepto pro se, & hæreditibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, vera est conclusio, quod potest alienari etiam in extraneum sine consensu domini, & sine consensu agnatorum, quia tale feudum æquiparatur bonis alodialibus, & transit ad quocunque hæredes, ut supra dixi; & in tali feudo non consideratur, utrum sit antiquum, vel novum. Si vero loquimur in hereditario mixto, puta, recepto pro se, & filiis, & hæreditibus, non est hæc conclusio absoluta vera, per ea, quæ dixi supra q. 40. vers. Sed quæ. Quæ hoc loco non repetō, quia optime possunt accommodari ad hanc conclusionem.

ADDITIONES.

(a) Feudum alienare. Feudi alienatio licet prohibita sit, licite tamen fieri non potest iniquitatis domino, si in proximiorum fiat, dummodo tamen illud feudum antiquum sit, aut patrum, ut per Tirac. in presat. lib. 1. n. 52. GOVEAN.

(b) Alienare in prejudicium agnatorum. Hic cadunt etiam multa pulcherrime dubitationes. Prima est, an liceat unius alienare partem sui feudi pro fraudem, ut scilicet ex proposito impediat agnatos in eo succedere. Secunda, An ita sit probanda, & quomodo. Tertia, an sufficiat, quod ita sit commissa ex sola persona alienantis: An etiam requiratur ex parte emptoris. De his plene vide novissime per Menoch. consil. 226. ubi etiam in respectu prædiorum, pro quibus decima præstantur aliis, A a sit

fit necesse habere licentiam ab ipsis : qua haud obtenta, an praedia dicta devolvantur ad ipsos, vel ad agnatos. GIACH.

1 An possit vassallus cum consensu domini feudum alienare in praedictum agnatorum. Ut si feudum efficaciter, & irrevocabiliter alienari possit: non domini solum, sed & agnatorum feudum successorum consensus necessarius exigitur: si patrum, five antiquum (non item si novum) feudum fuerit, tit. 29. in princ. lib. 2. F. Verum ea de re, post Clarum hic nostrum, & ab eo allegatos, explicitius dissentant Hartm. Pistoris lib. 2. quaestio 104. par. 94. n. 1. item quib. & seq. Myningert. cent. 4. observat. 86. Borcholt. in Comment. in consuetud. feud. cap. 8. n. 145. & seq. Thoming. decif. 23. n. 3. Vultejus lib. 1. de feud. c. 10. nu. 72. Rosenthal. in tractat. feud. c. 9. memor. 1. concl. 28. & seq. alique ab his citati. HARR.

(c) De feudo antiquo. Quicquid sit de hac questione, adverte ad unum. Quod si vassallus alienet feudum remotiori agnato, poterit proximus secundum communem illud revocare, dummodo revocatio fiat intra annum à die scientiae; alias lapsa anno excluditur à revocatione. Vide per Rol. plene alios allegantem, & de communi attestantem, in cons. 57. num. 67. 68. vol. 3. qui n. 69. admonet agnatos, ne patiantur labi annum: quia per illius lapsum excluduntur à dicta revocatione. Vide per eum, & dixi in d. collect. mea, verbo, vassallus. n. 51. GIACH.

QUAESTIO XLII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Alienatio feudi facta per vassallum in praedictum agnatorum an sit ipso jure nulla, vel detur agnatis revocatio.
- 2 Et quid in feudo mere hereditario.
- 3 Et quando feudum dicitur alienari jure permittente.
- 4 Et quid si alienatio fiat in agnatum proximiorum, & qui omnino erat in feudo successurum.
- 5 Et quid si fiat in remotiorem.
- 6 Et nunquid agnatus proximior possit revocare etiam vivo alienante.
- 7 Et an eo casu teneatur pretium emptori restituere.
- 8 Et quid si vassallus alienans habet filios.
- 9 Et quid si alienatio facta sit in penitus extraneum.
- 10 Et infra quantum tempus post hoc casu fieri revocatio.
- 11 Et an pendente hoc termino ad revocandum, stet etiam in pendenti tempus petendi investituram à domino.
- 12 Et quid si agnatus proximior consentiat alienationi, an talis consensus praedictum ejus filius.
- 13 Et an praedictum agnatis in sequenti gradu.
- 14 Et an filius vel agnatus ipsius vassalli admittatur ad hujusmodi revocationem, etiamsi sint haeredes ipsiusmet vassalli alienantis.

Ex Additionibus.

- 1 An filii, & agnati feudum mere hereditarium alienant revocare possint.
- 2 Haeres teneatur approbare factum defuncti.
- 3 An, & quantum feudum ex pacto, & providentia novum alienatum filii vel agnati repetendi facultatem habeant, remissive.
- 4 Feudum ex pacto, & providentia antiquum alienatum agnati revocare possunt.
- 5 Ecuquid vassallus feudum antiquum agnato remotiori alienare queat.
- 6 Quomodo, & intra quantum tempus feudi alienati revocatio fieri debeat, remissive.

1 DIXI supra q. 1. quod non potest vassallus alienare feudum antiquum in praedictum proxi-

mioris agnati, sine ipsius consensu: Quæro modo, nunquid si illud alienet, talis alienatio ipso jure sit nulla? Resp. quod quatenus alienatio rei feudalis est in praedictum domini facta sine ejus consensu, nulla est difficultas, quin sit ipso jure nulla. Text. est in c. Imperiale, de probib. feud. alien. per Frid. Sed quatenus respicit praedictum agnatorum, non est ipso jure nulla: sed bene potest per filios vel agnatos alienantis revocari. Et in hac materia habemus text. notab. in cap. 1. §. Titius filios, si de feudo defun. contentio fuerit, quod filius vassalli potest alienationem feudi per patrem factam revocare, etiam ipso patre vivo, sed teneatur eo casu restituere pretium emptori. Agnatus autem non teneatur pretium restituere, sed sine pretio revocat, mortuo tamen prius alienante, ut ibi.

Sed quia hac materia habet plura capita, ideo distinguendum est. Aut enim loquimur (a) in feudo mere hereditario, & non datur aliquo modo revocatio, quia ut saepius dixi, tale feudum est alienabile ad iustum bonorum alodialium. Aut loquimur (b) in feudo simpliciter ex pacto, & providentia, vel etiam mixto, & tunc, aut feudum est novum, & non datur revocatio, quia licite potest per vassallum in quemcumque alienari, ut dixi supr. q. prox. vers. Et hac quidem. Aut est feudum (c) antiquum, seu paternum, & hoc casu potest per agnatos alienantis revocari. Et sic habes pro absoluto in hac materia praesupponere; quod nunquam admittitur agnatus, vel filius, ad revocationem alienationis feudi, nisi haec duae qualitates concurrant, scilicet quod feudum sit ex pacto, & providentia, vel alioquin, vel mixtum, & quod sit feudum antiquum.

Est etiam pro intelligentia praemittendum, quod feudum aliquando dicitur alienari jure permittente, aliquando vero dicitur alienari jure non permittente. Jure permittente alienatur feudum, puta, si interveniat consensus domini: nam hoc casu valet alienatio ipsius feudi. Idem alienatur jure permittente, quando vassallus ille alteri in feudum concedit, quod quidem facere potest etiam sine domini consensu, ut dixi supra q. 32. Item quando vassalla nubens dat feudum in dotem, quod pariter ei permittit, ut dixi supr. q. 36. Jure autem non permittente, dicitur feudum alienari, quando alienatur sine domini consensu, in casibus à jure vel consuetudine feudorum non permittis.

Hoc praemissio, explicandi sunt plures casus, prout pluribus modis potest hac quaestio contingere. Aliquando n. vassallus alienat feudum in agnatum proximiorum, & qui omnino post mortem alienantis esset in feudum successurum, & tunc aliis agnatis non datur revocatio, quia eorum nihil interest, ex quo, etiam non facta alienatione, feudum erat perventurum in illum. Ita dicit Jac. de Belvil. in c. Imperiale, de probib. feud. alien. per Frid. Et hanc conclusionem firmant DD. ut dicit Jac. de feud. in ver. Et cum pacto, de non alien. num. 33.

Aliquando, & secundo, vassallus alienat (d) feudum in agnatum remotiorem: & tunc distinguendum est. Nam aut iste vassallus alienans habet filios, & possunt ipsi talem alienationem revocare. Sed si volunt eam revocare vivo patre, teneatur pretium emptori restituere. Mortuo autem patre, possunt etiam sine pretio feudum (e) recuperare, d. §. Titius filios. Si vero vassallus non habeat filios, potest agnatus proximior revocare talem alienationem, ut ibi.

Sed nunquid poterit agnatus proximior hujusmodi alienationem revocare, etiam vivo agnato, qui alienavit? Resp. quod si alienatio est facta jure permittente, non potest illam revocare, nisi post mortem

mortem ipsius alienantis: si vero sit facta jure non permittente poterit agnatus eam revocare etiam ante ejus mortem, ut in d. §. Titius filios. Quando autem dicatur facta alienatio jure permittente, vel non, dixi sup. vers. est etiam. Et hac conclusio procedit sine difficultate, tenendo illam opinionem, quod feudum antiquum propter alienationem non aperiatur domino, sed agnatis, quam ego tenui tanquam veriore, infra q. 66. vers. Sed quid si vassallus.

7 Sed an in praemissis casibus tenebitur iste agnatus proximior pretium emptori restituere? Resp. quod non d. §. Titius filios, ex quo enim in omnem casum feudum ad ipsum agnatum devolvebatur ex providentia primi investiti, non videretur aequum, ut ipse reteneret rem suam pretio redimere.

8 Sed pone, quod iste vassallus, alienans feudum in remotiorem agnatum, habet filios; Quæro quis erit preferendus in hujusmodi revocatione, an filius ipsius alienantis, an vero alius agnatus proximior? Respond. quod si alienatio facta fuit jure permittente, tunc filius praefertur agnato: si vero facta fuit jure refragante, agnatus praefertur filio. Et ista conclusio approbatur à Doctoribus, ut dicit Jac. in d. verb. Et cum pacto, de non alienando, nu. 35. & dicit Curt. jun. de feud. in 4. parte, in 3. regula, vers. Quarto circa praemissa, quod ita intelligunt, & declarant communiter Feudistae. Et sic vides, quod quando alienatio est facta jure permittente, melior est conditio filii, quam agnati. Nam (ut dixi) filius potest, etiam vivo patre, eam revocare restituito pretio: agnatus autem non potest, nisi secuta morte alienantis. E converso autem quando alienatio est facta jure non permittente, melior est conditio agnati, quam filii: quia agnatus in revocatione praefertur filio, ut supra dictum est, & hanc decisionem difficile est, iudicio meo, assignare aliquam conclusivam rationem, nisi quia ita vetustis feudorum moribus receptum est, licet Doct. in hoc multum laborent.

9 Aliquando, & tertio, alienatio fit in penitus extraneum, & tunc dicendum est, quod pariter admittuntur filii, & etiam agnati, ad revocandam hujusmodi alienationem, prout quando facta est in agnatum remotiorem. Et in hoc proposito intellige extraneum eum, qui non sit ex comprehensis in investitura, dato, quod alias esset agnatus ipsius alienantis.

10 Scias tamen, quod in uno differt hic casus ab illo, quia quando alienatio fit in agnatum remotiorem, tunc si proximior (f) agnatus taccat per annum, penitus excluditur ab ipso feudo, sed si alienatio facta sit in extraneum, tunc ad hoc, ut proximior agnatus excludatur, requiritur cursus saltem triginta annorum. Ita tenet gloss. in d. §. Titius filios, in verb. per annum, quæ in hoc est communiter approbata, ut dicit Alex. conf. 15. nu. 10. lib. 5. Dec. conf. 395. in fin. Jac. in verb. Et cum pacto, de non alien. nu. 18. Bald. de rescript. in 4. part. princ. q. 12. nu. 19. in fin. Et dicit Dec. conf. 238. num. 4. quod Doct. illam communiter sequuntur. Dicit etiam Alvarot. in d. §. Titius filios, post nu. 4. ver. Oppo. cum gl. fin. quod ita teneatur per Doct. commun. Idem dicit Praepos. in d. §. Titius filios, col. 3. ver. Oppo. cum gl. Facilius enim praesumitur consensus inter conjunctos, quam inter extraneos.

11 Quæ autem sit ratio, cur sit praefixum tempus anni agnato proximiorum ad revocandam alienationem feudi factam in remotiorem, & non majus, vel minus tempus, multa dici possent. Sed forte melior ratio est, vel saltem magis colorata, quia inter illud tempus anni teneatur vassallus petere à domino investituram, ut dicam infra, qu. 49. unde, ex quo

intra illud tempus non revocat, neque petit investituram, merito excluditur à feudo. Sed quæro, an pendente hoc tempore ad revocandum, stet etiam in pendenti tempus ad petendam investituram à domino? Resp. quod non. Sed omnino debet petere investituram à domino intra annum à die alienationis, alias cadit à feudo. Ita sentire videtur Bald. in d. §. Titius filios in fin. ver. Et hanc opinionem esse communem Gozad. conf. 71. num. 3. Quæ tamen mihi semper visa fuit dura, tanto magis, quia regulariter tempus anni ad petendum investituram non currit, nisi possidentis, ut dicam infra q. 49. vers. Item quid si forte vassallus, & forte etiam intentio Bald. non fuit hæc, ad quam allegatur. Sed pro nunc nihil determino.

Dixi, quod si agnatus proximior tacuerit per annum, vel per triginta annos, quando alienatio est facta in extraneum, excluditur per hanc taciturnitatem, ex qua resutare videtur consensus. Certè multo magis, si agnatus expresse alienationem consenserit, censetur à feudo exclusus, neque poterit illam alienationem revocare. Et hoc parum habet difficultatis, & ideo cautela est, quod vassallus volens feudum alienare, faciat, quod agnati consentiant (g) alienationi.

Sed quæro, pone, quod agnatus proximior consenserit alienationi feudi factæ per vassallum, nunquid talis consensus praedictum filio ipsius consentientis, quo minus possit ipsum feudum recuperare? Resp. Aut iste filius est haeres patris, qui consensit, vel est aliquid habiturus ex ejus hereditate. Et hoc casu cum non possit retrahere defuncti voluntatem, non poterit talem alienationem revocare: si vero non est haeres patris, neque aliquid est habiturus ex ejus hereditate, utique poterit, non obstante consensu per patrem praefixo feudum alienatum recuperare. Ita solent Feudistae communiter distinguere, ut dicit Curt. jun. in d. 4. parte in ult. causa amissionis feudi, in 3. reg. vers. Secunda cadit, quod tamen intellige, ut dicam infra in vers. Successive.

Sed major videtur dubitatio, si extent agnati, 13 proximiores, remotiores, & mediæ gradus ipsius alienantis, & agnatus proximior consentiat, quod feudum alienetur in remotiorem, an talis consensus praedictum agnatis mediæ gradus, quo minus possint ipsi talem alienationem revocare. Est ardua quaestio, in qua alias inter se contrarium consulerunt collegium Mediolan. & collegium Bonon. sed tenenda est opin. quod talis consensus eis non praedictum. Cum n. eis sit jus quaesitum ex tenore primæ investituræ, non debet posse illis auferri sine eorum culpa, aut facto. Et hæc est etiam magis communis, ut dicit Curt. jun. in d. 4. parte, in ultima causa amissionis feudi, circa prin. 3. regula, subdens, quod iudicio suo non habet multum dubitationis.

Successive quæro, nunquid filius, vel agnatus ipsiusmet vassalli alienantis, admittatur ad hujusmodi revocationem, etiamsi sint haeredes ipsius vassalli; Resp. quod si adivit hereditatem sine beneficio inventarii, non poterit talem alienationem revocare: tunc enim proprie repræsentat personam defuncti, & ideo non potest ejus facto contravenire: sed si fecit inventarium, bene poterit revocare. Ita tenent communiter Feudistae, ut dicit Curt. jun. in d. reg. 3. col. 3. vers. Limitate praedictam, quem refert Paris. conf. 10. n. 8. lib. 1. Nam beneficium inventarii conservat haeredi omnia jura sua, & actiones, perinde ac si non adivit et hereditatem. Et hæc quidem conclusio de plano procedit, quando feudum non est hereditarium. Nam eo casu praedictum potest filius, vel agnatus haeres, facto inventario, revocare hujusmodi alienationem. Et ita concludunt omnes, ut dicit Dec. conf. 185. n. 1. circa fin. nam in hoc casu va-